



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Numerosa proles.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

SEVERITAS. CAP. XVI.

Supercilium ego pro severitatis hieroglyphico positum video, cujus vos eam affertis rationem, ^{Severitas} Senibus peculiarem esse severitatem, eosque passim ita habitos. His vero supercilium maxime ^{Senum p. a-} nutriri, & plerumque in hirsutum haberi, ut tendendum sit, unicuique manifestum: quod propte- ^{pria maxi-} rea evenit, ut vester tradit Aristoteles, quia supercilia compagini sunt apposita ossium, quæ fene- ^{me.} scente ætate laxantur, & ita plus humoris transmitti patiuntur, unde superciliis alimentum affatim impendatur.

HILARITAS. CAP. XVII.

Sed longe secus invenimus Onirocritas sentire, qui supercilium hilaritatis indicium esse posue- ^{Artem lib. 1} runt, bonique alicujus adventantis prælagium, si & densum, & bene coloratum apparuerit: ma- ^{cap. 27.} xime vero si mulier ea fuerit, quæ per somnium id se videre imaginata sit: fœmellis enim id studium ^{In superci-} accuratus, ut etiam intinguant, ad venustatem agendam. Solere nos præterea & serenitatem fron- ^{lis pars a-} tis, & animi jucunditatem, ex superciliis relaxatione interpretari. ^{nimi his ne-} ^{gamus &} ^{annuimus.} ^{Pl. l. ii. c. 37.} ^{Artemid. l.} ^{i. c. de su-} ^{perciliis 27.}

LUCTUS. CAP. XVII.

Glabellum vero supercilium somniare, luctus esse significationem, iidem Onirocritæ con- ^{Artemid. l.} sentiunt, cujus signi causam afferunt, quod veterum mos esset supercilium in luctu velli- ^{i. c. de su-} care. ^{perciliis 27.}

JUNO. CAP. XIX.

Id quoque mihi videtur observatione dignum, quod apud Sex. Pompejum habetur, Oculi superius ^{Artemid. l.} integumentum in tutela Junonis esse: quod eo protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam ^{i. c. de su-} ab Junone tribui putabant: atque inde Lucianum eam dictam. Et partem eam capitis illi dicatam ^{perciliis 27.} tradit Varro.

NUMEROSA PROLES. CAP. XX.

Apuđ eosdem conjectores, eum qui tres oculos habere se vel plures imaginatus sit, si ducturus ^{Artem. ib.} uxorem sit, bene illi eventurum portenditur: filios enim quos quæserit, brevi suscipiendos. ^{cap. 28.} Indicium enim filiorum esse oculos, Arremidorus tradit, somniorum oraculis explicandis: pro- pterea quod & amabiles sunt, & instar oculorum chari, neque non senescentibus duces ministrique agendorum. Quod enim ad amorem facit, in promptu est dicere nos, ferre in oculis eos, quos charos habemus, & unice diligimus. Præterea dixisse Ciceronem ad Atticum: *Oderat, nunc fert* ^{In luctu} ^{passeris, &} ^{ad Calvum} *in oculis.* Et apud Catullum, nil charius esse oculis: *Ne te plus oculis meis amarem,* & hujusmodi multa.

ORBITAS. CAP. XXI.

Sivero quispiam utroque oculo per nocturnam imaginem obcæcari se visus fuerit, eum aut filiis ^{Artem. ib.} orbandum, aut fratres, aut parentes amissurum ajunt. Fratres quidem propterea quod oculi in- ^{cap. 28.} ter se germanitate quadam conjuncti censeantur. Parentes, quoniam lucem præ se ferunt, in quam nos eorum benefi- cio prodierimus. Quin etiam filios, ea quæ superius allata est causa.

SECURITAS. CAP. XXII.

Caterum si quis compeditus sit, aut alia quapiam cala- mitate circumseptus, bene illi eventurum si obcæcari sibi videatur: securitatis enim id esse indicium propterea quod mala quæ circumstant, minime sit inspecturus.

CÆCITAS. CAP. XXIII.

Neque dissimulandum id quod ab eodem Artemido- ro traditum est: Oculum in aure situm in somnis



Lib. i. c. 28.

D d d 3

videri